



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118464

§. 29. Indulgentiæ pro fabrica Basilicæ S. Petri a Papa promulgatæ

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

Sæcul. XV. vota inclinabat, postquam ex Clericorum
A.C. 1517. bonis decimas indixit, easque colligen-
di curam Volseo Cardinali demandavit.
Ab eodem quoque Pontifice Clerum Ca-
stellanum, adverso tamen successu fuisse
instigatum, supra meminimus; petitio-
nem autem suam honestabat victoriarum
obtentu, quas Turcæ adversus Mamme-
lucos in Ægypto reportassent, his devi-
tis, ut credebat Papa, in Christianos
arma conversuri.

§. XXIX.

*Indulgencie pro fabrica Basilicæ
S. Petri a Papa pro-
mulgatae.*

*Cochlaeus & Verum temporis progressu Papam, ut
Surita pecuniam corraderet, unice inten-*
De Thou tum fuisse apparuit; Cum enim ex di-
hist. l. I. *tum fuisse apparuit; Cum enim ex di-*
Raynal. ann. *tissima juxta ac potentissima familia na-*
1517. n. 41. *1517. n. 41.* *tus, ac ex primævo naturæ genio ma-*
Guicc. l. 13. *gnificantiæ prope extra modum deditus*
effet, sumptuosam Basilicæ S. Petri fa-
bricam a Julio II. suo Prædecessore cæ-
ptam perficere aggrediebatur, quamvis
Sedis Apostolicæ ærarium immodicis
sumptibus aliunde exhaustum effet. Hanc
in rem Leo, si Thuano fides, suaſu Lau-
rentii

men præbuiffent. Ita Raynaldus itidem a Con-
tinuatore laudatus, num. 16.

rentii Pucci Cardinalis tit. SS. quatuor Sæcul. XVI.
 Coronatorum, qui apud Papam pluri-
 mum gratia valebat, in omnibus orbis
 Christiani regnis plenam poenarum con-
 donationem promulgari constituit, eas-
 que indulgentias cunctis, qui ad Fabri-
 cam S. Petri subsidia collaturi essent, sub
 conditionibus adeo expeditis concessit,
 ut eas lucrari, nonnisi salutis suæ summe
 incurius negligeret. Præterea, ut in
 colligendis pecuniis suus servaretur or-
 do, totam Christianorum Rempublicam
 in varias classes distribuit, ac unicuique
 Viros, qui oblatas fidelium eleemosynas
 colligerent, designavit; demum vero
 quosdam Verbi divini Praecones selegit,
 qui populum de indulgentiarum merito,
 ac dispositionibus ad eas lucrandas ne-
 cessariis erudirent.

§. XXX.

*FF. Prædicatores ad Indulgentias
 in Saxonia promulgandas
 selecti.*

Hanc in rem Leo Pontifex Alberto Mo- *Cochlearus de*
guntiæ, ac Magdeburgi Archi- Epis- *actis & scri-*
copo negotium dedit, ut deligeret Viros, *ptis Lutheri*
qui per Germaniam Indulgentias publi- *ann. 1517.*
carent. Is pro Saxonia FF. Dominicanis *Ulemburg.*
hanc demandavit provinciam, eisque *in vita & re-*
Joan- *bus gestis*
Lutheri